



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

SECUNDVM.

te, per mitte illi & palliū, & qui te adegerit ad miliariū vnū, abito cū illo duo. Petenti abs te dato, & cupientem mutuū accipere, ne auerferis. Audistis quod dictū sit. Diliges proximū tuū, & odio habebis inimicū tuū. At ego dico vobis. Diligite inimicos vestros, bene precemini deuouentibus vos, benefacite ijs, qui vos odio prosequuntur, orate pro ijs, qui lædunt & insectantur vos, vt sitis filij patris vestri, qui est i cœlis, quia solē suū exoriri finit, super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos, qui diligunt vos quod præmiū habetis? Nonne & publicani idem faciunt? Et si cōplexi fueritis fratres vestros tantum, quid eximiū facitis? Nonne & publicani sic faciunt? Eritis igitur vos perfecti, quemadmodū pater vester qui est in cœlis, perfectus est.

¶ CAPVT. VI.

Trendite ne elemosinā vestrā præstetis corā hominibus, quo spectemini ab illis. Alioqui præmiū nō habetis apud patrē vestrū, qui est in cœlis. Itaq; cū præstas elemosynā, ne tuis canatur ante te, quemadmodū hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amē dico vobis habent mercedē suā. Ceterū tu cū præstabis elemosynā, nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua, vt sic tua elemosyna in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, ipse reddet tibi in propatulo. Et cū oraueris, non eris quemadmodū hypocritæ. Nā illi solent in cōciliabulis & in angulis platearū, stantes orare, quo conspicui sint hominibus. Amen dico

MATTHAEVM. FO. VII.

vobis, quod habent mercedem suā. Tu vero cū oras, introito in
 conclaue tuū, & occluso ostio tuo, ora patrē tuū qui est in occulto,
 & pater tuus qui videt in occulto, persoluet tibi in propatulo.
 Verū orantes, ne sitis multiloqui, sicut ethnici. Putant em̄ fore,
 vt ob multiloquiū suū exaudiantur. Ne igit̄ efficiamini similes
 istorū. Nouit enim pater vester quibus rebus opus sit vobis,
 priusquā petatis ab illo. Ad hunc ergo modū orate vos, Pater no-
 ster, qui es in cœlis, sanctificē nomen tuū. Veniat regnū tuū, fiat
 voluntas tua, quemadmodū in cœlo, sic etiā in terra. Panem nos-
 trū quotidianū da nobis hodie, & remittito nobis debita nostra,
 sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in
 tentationē. Sed libera nos a malo, quia tuū est regnū, & potētia,
 & gloria, in secula seculorū. Amen. Proinde, si remiseritis hoibus
 errata sua, remittet & vobis pater vester cœlestis, Qd̄ si nō remise-
 ritis hominibus errata sua, nec pater remittet errata vestra. Por-
 ro cū ieiunaueritis, ne sitis veluti hypocritæ tetrici. Obscurāt em̄
 facies suas, quo conspicuū sit hominib⁹ ipsos ieiunare. Amen dico
 vobis, habent mercedē suā. Tu vero cū ieiunas, unge caput tuū,
 & faciē tuā laua, ne conspicuū sit hominib⁹ te ieiunare, sed patri
 tuo, qui est in occulto, & pater tuus qui videt in abdito, reddet tibi
 in propatulo. Ne reponatis vobis thesauros in terra, vbi erugo
 & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt ac furant̄. Sed re-
 condite vobis thesauros in cœlo, vbi neq; erugo, neq; tinea cor-
 rumpit, & vbi fures non perfodiunt, neq; furant̄. Nam vbi fue-
 rit thesaurus vester, illic erit & cor vestrum. Lucerna corporis est

B

oculus. Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuū luci
 dū erit. Quod si oculus tuus malus fuerit, totū corpus tuū tene-
 brosum erit. Ergo si lumen quod est in vobis tenebræ sunt, ipsæ
 tenebræ quantæ? Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enim
 hunc habebit odio, & alterū illū diliget, aut huic adhaerebit, & al-
 terū illū negliget. Non potestis deo seruire & māmonæ, Prop-
 terea dico vobis, ne sitis solliciti vitæ vestræ, quid esuri sitis, aut
 bibicuri, neq; corpori vestro, quib⁹ indumentis vsuri Nonne ani-
 ma plaris est, q̄ cibis, & corpus plaris q̄ indumentum? Vertite
 oculus ad volatilia cœli, quia non serunt neq; metunt, neq; con-
 uehunt in horrea, & pater vester cœlestis alit illa. Nonne vos lon-
 ge precellitis illa? Quis aut̄ ex vobis solliciti cogitando, potest
 addere ad staturā suā cubitū vnū? ac de indumento quid solliciti
 estis? Cognoscite lilia agri, quomodo crescant. Non lobarant,
 neq; nent. At tamen (dico vobis) ne Solomonē quidem id vni-
 uersa gloria sua, sic amictū fuisse, vt vnum ex his. Quod si gramē
 agri, qđ hodie cū sit, eras in clibanū mittit̄, deus sic vestit, an nō
 multo magis vobis id faciet, o parum fidentes? Ne sitis igitur
 solliciti dicentes, Quid edemus aut quid bibem⁹, aut quib⁹ ope-
 riemur? Nam omnia ista gentes exquirunt. Nouit em̄ pater ve-
 ster cœlestis quod opus habeatis his oibus. Quin potius quæri-
 te primū regnū dei, & iusticiā eius, & hæc oia adijcient vobis. Ne
 sitis igitur solliciti in crastinū, nam crastinus dies curam habebit
 sui ipsius, Sufficit sua diei afflictio.